



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola II. Gregorii Papae I. Ad Praeiectitivm Episcopvm Narniensem. De mortalitate, & conuersione Longobardorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

diligenter inuigilet: & si eiusdem loci monachos bene se tractare noueris, in quibus eos necessitatem habere manifesta veritate patuerit, eis subuenire hac auctoritate suffultus modis omnibus festinabis, sciturus tuis rationibus, quidquid nostra præceptione præbueris, imputandum. Sed & terrulam ecclesiarum nostrarum vicinam, quam solidum vnum & tremisses duos pensitare afferunt, si ita est, sibi libellario nomine ad summam tremissis vnius habere concede. Studii ergo tui sit hæc omnia ita complere, si, sicut diximus, eius loci monachi in Dei seruitio, sicut decet, solerter perstiterint.

EPISTOLA II.

GREGORII PAPÆ I.

AD PRÆIECTITIVM EPISCOPVM NARNIENSEM.

De mortalitate, & conuersione Longobardorum.

Gregorius Præiectitio episcopo Narniensi.

PERVENIT ad nos, peccatis imminentibus, in ciuitate Ioan. diae.
libro 2. cap.
quæ vestra Narniensi mortalitatem omnino graffari: res nos nimis affixit. Quamobrem salutantes fraternitatem tuam modis omnibus suademos, ut a Longobardorum siue Romanorum, qui in eodem loco degunt, admonitione siue exhortatione nulla ratione cesseatis, & maxime a gentilium & hæreticorum, ut ad veram rectamque fidem catholicam conuertantur. Sic enim aut diuina misericordia pro sua eis forsitan conuersione & in hac vita subueniet, aut si eos migrare contigerit, a suis, quod & magis optandum est, transient facinoribus absoluti.

EPISTOLA III.

GREGORII PAPÆ I.

AD NEAPOLITANOS.

De episcopo eligendo.

Gregorius clero, & nobilibus, ordini & plebi consistentibus Neapoli.

QVAMVIS spiritualium sincera deuotio filiorum pro matre ecclesia nullius adhortationis indigeat, ne tamen se neglectam existimet, epistolari debet alloquio prouocari. Propter quod dilectionem vestram commonitio-

Concil. Tom. 13.

Hh